



**Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien.  
I. C. Praestantissimi Volumen ...**

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo  
Iurisdictionum, Iudiciorum, & Criminum materias distinctè continens

**Bero, Agostino**

**Venetiis, 1577**

Consilivm XCVIII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96538](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96538)

fuerit laceratum, seu incisum in parte substantiali, veluti in simili uoluit glo. in uersi. uitiatum in l. si. C. de edicto diui adr. toll. & quamuis tota charta non fuerit integraliter incisa, & lacerata, tamen ex quo fuit incisa, & lacerata in ea parte, ex qua obligatio, & actio poterat competere, & quatenus scriptura le extēdebat, fuit integraliter lacerata, sequitur, quod scriptum satis perfecte dicitur laceratum quoad inducendam liberationem, & absolutionem eius quod scriptura continebat, p. tex. in l. proximē, ff. de ijs, q̄ in testa. delen. Cōcludo itaque ex p̄missis Geminianū fuisse ab obligatione p̄dicta liberatū, & bñ fuisse per dñm iudicem a quo in fauorem ipsius Geminiani iudicatum, & illius sententiam debere per dominum iudicem ad quem confirmari, & approbari. Laus Deo.

S V M M A E.

- 1 Testes non deponentes de identitate rei concludenter non probant.
- 2 Probatio dubia ipsum probantem non releuat, immo contra illum interpretatur, num. 6.
- 3 Testis de auditu, & credulitate non probat.
- 4 Casum probare debet is, qui se in casu fundat, alioquin succumbit.
- 5 Aliquorum appellatio in dictis testimoniis, & in alijs potest in duobus uerificari.
- 7 Testis non probat, quando ratio dicti sui necessario non concludit.
- 8 Confessio extraiudicialis etiam absente parte facta, quale quale iudicium, & p̄sumptionem facit.

## E P I T O M E.

TESTES in fauore p̄ducētis nō plenē probare ex eo, qd̄ de idēitate rei nō deponāt nisi de auditu, & credulitate, itē ex eo, qd̄ dubiē deponāt, & rō dicti sui necessario nō p̄cludat, & ex alijs hic positīs oñdī.

## CONSILIVM XCVIII.

- I**N causa, quam do. Antoniusmaria Bettus habet contra Alexandrum Saluagnū, paucis utar, in ea. n. tota uis consistit in dictis testimoniis pro parte Alexandri examinatorum, an per eos dicatur probatus casus fortuitus, & talis, per quem Alexander a restōne pecudum fuerit liberatus: & licet dicti testes uideantur satis concludere, q̄ pecudes dicti Alexandri vnā cum bestiis aliorū rusticorum fuerint a militibus ui raptæ concordādo de loco, tempore, & personis, & de notitia pecudū, affirmando se rapinæ p̄sentes fuisse, & quia uicini, tamen concludenter non probāt, dictas pecudas raptas fuisse illas, quas Alexander uēdiderat dicto domino Antoniomaria, quas postea ab eodem domino Antoniomaria cōduxerat: & iō t̄ cū ipsi testes de idēitate pecudum non deponāt, concludēt probare non dicūtur per ea, q̄ uoluit Bar. in l. senatus, in ff. de accusa. per Ioan. Andr. in c. auditis, de p̄script. per Alex. in consi. 118. cum sequē. uol. 1. & per Imol. & Alex. in l. inter pares, ff. de re iudic. nam uerum eē potest, q̄ pecudes Alexandri fuerint a militibus raptæ, & tamē non fuerint illæ, quas a do. Antoniomaria cōducebat: & propterea t̄ illa probatio tanq̄ dubia nō dicitur ipsum Alexandrū releuare, c. in p̄ntia, de probat. l. neq; natales, cū simil. C. eo. ti. & hētur per Alex. in d. consi. Præterea Doninus testis pro parte Alexandri examinatus interrogatus, an sciuerit, pecudes raptas fuisse illas, q̄ erant domini Antoniomaria, & super quibus lis est inter eum, & dictum Alexandrum, respōdit de auditu, & de credulitate, q̄ sic, t̄ iō nō facit fidem, nec probat, q̄ pecudes raptæ a militibus fuerint illæ, quæ erāt ipsius domini Antoniomaria. l. testium, ibique docto. C. de testibus, & Bal. in l. conuēticularum. C. de episc. & cleri. cum similibus, ex quibus infertur, q̄ cum Alexander non probauerit casum hoc est rapinam pecudum conductarum, ipse ad restitutionem pecudum teneri debet, nam t̄ qui se fun-

dat in casu, debet casum probare, alioquin non debet ad tradita per Ioan. Andr. in d. consi. 118. in ult. col. Ratione testis deponit se uidisse pecudes Alexandri raptas a militibus, nec deponit de numero; quo fit ut non possit intelligi de duobus capitibus, l. ubi ff. de testibus. sed Alexander decem & octo pecudum conducebat, ut in instrumēto habet go ultra duo capita, quæ dicerentur raptæ, ad rationem aliorum teneri debet. nam dictum testis non concludit, nisi de aliquibus, & sic de duobus, & non de alijs, argumento eorum, quæ turbat per Imol. & Alex. in d. l. inter pares. uel dicitur t̄ probationē illam de pecudibus Alexandri dubiam, & incertam, quia potest intelligi de duobus capitibus, & de pluribus, & ideō tanquam concludenter non esse admittendam, & cōpretandam contra Alexandrum ipsum raptas ducentem per gloss. & docto. in d. c. in p̄ntia. quamuis alius testis, uidelicet Iacobus affirmat pecudes raptas fuisse ipsius domini Antonii, tamen reddendo rationem dicti sui nihil concludit, cum reddat rationem non inferentem, nec ratio concludentem, dicit enim se scire pecudes fuisse ipsas do. Antoniomaria, quia Alexander, & incarceratus fuit ad instantiam domini Antoniomaria illa de causa, quæ ratione pecudes raptas fuisse illius, quinimmo cum nam cum do. Antoniomaria sit uir probatus, si sciuerit dictas pecudes suas fuisse raptas, non fecisset Alexandrum capi, & nec rari, & t̄ ideō hic testis non probat, quia ratio necessario non concludit, prout cōcludere debet in d. l. neque natales, l. non hoc. C. regit. l. qui interrogatus, & ibi Barto. ff. de p̄script. dit. l. 2. §. circa. ff. de doli excep. l. cum talis fuit di. & demon. & Bald. in d. l. conuēticularum. milib. Præterea contra dictum Alexandrum pro parte dicti do. Antoniomaria examinatus si testes, inter quos ser Ludouicus deponens confessione dicti Alexandri dixit, q̄ Alexander si dixit, & confessus fuit, q̄ aliquæ pecudes fuisse militibus ablata, & raptæ, & q̄ milites aliqui ipsi Alexandro donauerant, & sic non concludit de omnibus pecudibus, & consequenter non in duabus tantum uerificari per sup̄p̄dictum, & posuit, ipsum Alexandrum post recessum habere pecudes, quas ad societatem, seu in loco quodam medico Mutinensi tenebat: & alio delictet Petrus deposuit se plures pecudes raptas, uel ad minus sex uidisse in stabulo dicti Alexandri post recessum militum, & cōtra dicti Alexandri dicitur ser Ludouico uerificari q̄ illi de domo, & familia Alexandri dicitur testi, q̄ illæ erant pecudes, quas dictus Alexander quodam medico Mutinensi conducebat, & colligitur saltem p̄sumptiuē, & tempore, q̄ des, quas Alexander a dicto medico tenebat, post recessum militū erāt penes ipsum Alexandrum oēs fuerunt a militibus ablata, quia ser Ludouicus deponit de confessione extraiudiciali Alexandri, & t̄ absente parte, t̄ q̄ licet semiplenā probationem iuxta ea, q̄ hñr in l. iudicia. C. de proba. per l. licet at si clerici de iudi. aliquid per Moder. in l. nedi, ff. de iureiuran. c. si. & ibi Abb. post gloss. ab in testa. & Alexand. in consi. 24. in 1. col. post Bald. quem allegat. Petrus uerō dicitur deponit se uidisse pecudes post recessum militū curia, seu stabulo Alexandri: quæ dicta

Interfuerunt pecudes oēs nō fuisse à militibus raptas, sed aliquas quod quidē pōt in duabus uerificari: Er- go testes examinati pro parte dicti Alexātri ad fauorem ipsius non concludunt, nec casum ita probant, quod Alexander sit absoluentus: Imō eius probatio tanquam dubia, incerta, & non concludens debet cōtra Alexandrū interpretari in fauorem dicti d. Anthonij agentis, qui ex instrumento publico satis habet intentionem suam fundatam. Et his nunc breuiter sum contentus: Alia in iure suppleat domin. iudex ad ea, quæ habentur in tit. C. ut quæ defunct aduocatis. Laus Deo.

S V M M A E.

Testes singulares in dictis suis non probant. Testes de diuersis summis deponentes an, & quando in minori conueniant, & illam concludenter probent. Confessio extraiudicialis facit semiplenam probationem: & quando hoc verum sit, ut cum alia semiplena ad faciendam plenam probationem coniungi possit. nu. 6. Probationes duæ semiplenæ, quando ad faciendam plenam probationem coniungantur.

EPITOME.

Testes de diuersis summis rerum diuersè qualitatis deponentes esse singulares, & non probare et in minori summa, declaratur.

CONSILIVM XCIX.

In causa Sebastiani appellantis tota uis cōsistit in dictis testimoniis pro parte do. Cæciliæ contra dictum Sebastianum examinatorum super incisione quarundam arborum ad effectum, ut Sebastianus ipse à locatione sibi facta excidisse dicatur, stante conuentione inter conuenientes facta de non incidendo aliquas arbores uicinas, nec ficcas. Verum si dicta horum testimonio rectè considerentur, utique ita non probant, quod ex illis præsumatur, quod Cæcilia possit uictoriam obtinere, nā testes ipsorum singulares in dictis suis tam in prædicamento quarundam arborum, quam in prædicamento qualitatatis non exportationis earundem, & ideo concludenter non probant, ut habetur in l. testium. ibi. que Sal. & alii. C. de testi. gl. & doct. in c. cum dilecti de accus. cum sim. unus enim testis, uidelicet Angelus dicit se uidisse Sebastianum incidere sex, uel septem salices grossas, & ficcas cum vitibus in una die, illas in ea die in tribus, aut duabus uicibus ad minus exportare: Alter uerò testis Dominicus attestat Sebastianum incidisse tres, uel quatuor arbores ficcas, quibus adhærebant uites, uidelicet unam salicem grossam, unam ulmum, & iudicio suo duas floppas, & illas in duabus uicibus exportare: Ex quibus diuersitas in numero, & in qualitate arborum inter hos duos testes apparet, ergo &c. Nec ob. quod hi duo testes saltem in incisione unius salicis conueniunt, nā in minori summa inest minor. l. i. §. si stipulanti. ff. de uerbo obli. & consequenter Angelus cum Dominico de incisione unius salicis deponente concordare uincunt. Quia responderi potest, si illam regulam, quod in minori summa inest minor, non procedere in dictis testimoniis ad effectum, ut de minori numero probare dicantur ad tradita per Alex. in l. inter pares. in ult. col. ff. de iur. iud. & per gl. in l. diem. §. si plures. ff. de arb. & hoc, quod diuersitas summarum induceret præsumptionem diuersitatis actuum, & factorum, nam tunc ex diuersitate summarum resultat singularitas testimonii, ut per Alex. in d. l. i. §. si stipulanti. Secus si ex diuersitate summarum non induceretur præsumptio diuersitatis actuum, & consequenter nec singularitas, ut ibi: Sed in casu nostro ex diuersitate summarum præ-

sumitur, & clarè infertur diuersitas actuum, & consequenter singularitas testimonii, quoniam unus dicit se uidisse Sebastianum incidere sex salices, uel septem, alius unam ulmum, unam salicem, & duas floppas, & sic non solum est diuersitas in summa, sed et in qualitate, secus esset, si unus dixisset se uidisse incidere sex, uel septem salices, & alius unam, seu quatuor salices, nam tunc bene in minori summa testes dicerentur concordare, nec inter eos diuersitas actuum extaret, & de minori summa probarent, nec dicerentur singulares, ut colligitur ex iis, quæ ponit ibi Alex. ex mente plurium scribentium, & communis opinionis doctorum. ¶ Non obstat et illud, quod in contrarium adducitur ad fauorem do. Cæciliæ, uidelicet quod testes prædicti saltem semiplenam probationem faciunt de incisione arborum, uel salicum, & flopparum facta per dictum Sebastianum, & quidam Ioannesmaria alius testis inductus probat de confessione Sebastiani extraiudicialiter facta, quod sibi dixerat se unam ulmum incidisse, quæ confessio extraiudicialis facit semiplenam probationem, iuxta ea quæ habentur in l. capite quinto. ff. de adult. per canonistas in c. tertio loco. de prob. c. fi. de succ. ab intest. & Bar. in l. fin. ff. de quæst. Ergo hæc duæ semiplenæ probationes simul iunctæ unam plenam probationem facere dicuntur, arg. eorum, quæ habentur in l. admonendi. ff. de iureiur. cum sim. Quia primò respondetur, quod hæc duæ semiplenæ probationes non sunt eiusdem generis, & ad idem non tendunt, quia extraiudicialis confessio est circa incisionem ulmi, dictum uerò testimonium circa incisionem salicum, & flopparum, ergo coniungi non debent, ut habetur in d. l. admonendi. Secundo respondetur, quod huiusmodi extraiudicialis confessio continet aliud diuersum ab iis, quæ in capitulis continentur, nam do. Cæcilia in suis capitulis solum intendit probare incisionem salicum, & flopparum, confessio uerò continet incisionem ulmi, & consequenter non probat, quia testes deponēs extra articulos non probant, nec aliquam fidem faciunt, doc. in l. si duo. §. idem Iulianus. ff. de iureiur. Tertio respondetur ad hoc, ut confessio extraiudicialis facta absente parte faciat semiplenam probationem, & talem, quæ cum alia semiplena ad inducendam plenam iungi possit, requiritur, quod illa confessio sit saltem per duos testes contestes probata, ut est de mente Bar. in d. l. ff. de quæstio. Ant. Abb. & alii in d. c. tertio loco. & est rex. in d. c. fi. de succ. ab intest. & ibi Abb. & Alex. in consi. 2. in §. col. uol. 7. & in consi. 57. in §. col. uol. 6. Sed in casu nostro confessio extraiudicialis Sebastiani probatur solum per unum testem, ergo &c. Et ex his puto dictum Sebastianum fore absoluentum, seu ad eius fauorem pronunciantum bene appellatum, & malè iudicatum fuisse.

S V M M A E.

- 1 Testes post publicationem prohibentur recipi, & examinari timore subornationis.
- 2 Et cessante hoc timore etiam post publicationem possunt recipi, & examinari.
- 3 In causa inquisitionis testes et post publicationem recipi possunt.
- 4 Iudex pro erudita ueritate semper debet in iudicare, & facere, quæ quid potest, ut illa eluceat.
- 5 Veritas est mater iustitiæ.
- 6 Iudex in dubio debet potius admittere articulos, quam reiicere.
- 7 Publicatis attestacionibus possunt noui testes super eisdem, uel de reo contrarijs produci propter timorem falsitatis, & illam inueniendam.
- 8 Idem, quando publicatio testimonii fuit non ritè, & absque partis citatione facta.
- 9 Publicatis attestacionibus, sed nondum à parte didicitis, & uisis, alios testes posse produci doctores magis cōiter tulerunt.
- 10 Et hoc maxime, quando uerisimiliter cōstaret partē illas nō didicisse.

11 Imperitis,